nens et ostendens unde mundi et purgati esse
possimus. addidit elemosinas esse faciendas
misericors monet misericordiam fieri. Et quia servare
querit quos magno redemit. post gratiam.
baptismi sordidatos docet denuo posse pur-
gari. Agnoscamus itaque fratres karissimi divine in-
dulgencie munus salubre. et emundandis
purgandisque peccatis nostris qui sine aliquo vul-
nere esse non possumus medelis spiritualibus.
vulnera nostra curemus. Nec quisquam sic sibi
de puro atque inmaculato pectore blandiatur. ut
innocencia fretus medicinam non putet esse ad-
hibendam vulneribus. cum scriptum sit quis gloria-
bitur castum se habere cor. aut quis gloriabitur
mundum se esse a peccatis. Et iterum in epistola sua
iohannes ponit et dicit. Si dixerimus quia peccatum
non habemus. nosipsos seducimus et veritas in
nobis non est. Si autem confessi fuerimus peccata
nostra fidelis et iustus est dominus qui nobis peccata
dimittat. Si autem nemo sine peccato esse potest

et quisquis se inculpatum dixerit aut superbus
aut stultus est. Quam necessaria quam benigna est divina
clementia quae cum sciat non deesse sanatis quaedam
postmodum vulnera dedit curandis denuo
sanandisque remedia salutaria. Denique de-
nique fratres dilectissimi admonitio divina
cessavit et tacuit. quo minus in scripturis
sanctis tam veteribus quam novis semper et ubique
ad misericordiae opera dei populus provocaretur
et canente atque exhortante spiritu sancto quisque ad
spem regni celestis instruitur. facere eleemo-
synas iubetur. Mandat et praecipit ysayas
dicens. Exclama inquit in fortitudine et
noli parcere. sicut tuba exalta vocem tuam
et annuntia plebi meae peccata ipsorum et do-
mui iacob facinora eorum. Et cum peccata
eis exprobrari praecepisset cumque eorum facinora
pleno indignationis impetu protulisset dixissetque
quod eos nec si orationibus et precibus et ieiuniis
uterentur satisfacere pro delictis posse. nec
si in cilicio et cinere volutentur iram dei posse

No. 837

lucre · in nouissima tn̄ pte demonstrās
solis elemosinis deū posse placari · addidit
dicens · frange esurienti panē tuū · et
egenos sine tecto induc in domū tuam
Cum videris nudū vesti · et domesticos se-
minis tui nō despicias · Tūc erūpet quasi mane
lumen tuū et vestimenta tua cicius orientur
et p̄ibit an̄ te iusticia et gl'a dei colliget
te · Tūc clamabis et deus exaudiet te · dū
adhuc loqueris dicet ecce ego assum · Re-
media de spirado deo · ipius dei verbis
data sunt · Quid debent facere penitentes
magistra diuina docuerit · operationibus iustis
deo satisfaci · misericordie meritis peccata pur-
gari · Et apud sapientem legimus · Con-
clude elemosinam in corde pauperis ·
et hec pro te exorabit ab omni malo · Et
iterū salomon dicit · Qui obturat au-
res ne audiat imbecillē et ipse inuoca-
bit deū · et nō erit qui exaudiat eū · Ne-
que enim mereri dei misericordiam poterit

qui misericors ipse no fuerit. haut impe
trabit de diuina pietate aliquid in pabg
qui ad precem pauperis no fuerit humans &
Qd idem in psalmis sps sus declat
et probat dicens Btus qui intelligit su
per egenu et paupem in die mala libe
rabit eu dns Quoru preptoru memor
daniel cu rex nabugodonosor. adusa
sopmo tritus estimaret. aute dis malis
ac dina ope impetranda remediu dedit
dicens Propterea rex csiliu meu place
at tibi. et pcta tua elemosinis redime
et iniusticias tuas misericordiis paupu
et erit deus paciens pctis tuis. Cui rex
no obtpans. adusa que viderat et infesta
ppessus est. que euade et euitare potuisset
si pcta sua elemosinis redemisset Rapha
el quoqz angelus pariter testat. et vt ele
mosina libent ac largiter fiat hortat
dicens Bona est oro cu ieiunio et ele
mosina. qz elemosina a morte liberat

et ipsa purgat peccata Ostendit orationes nostras
ac ieiunia minus posse · nisi elemosinis
adiuuentur · deprecationes solas parum ad im
petrandum valere · Reuelat angelus et manifes
tat et firmat elemosinis petitiones nos
tras efficaces fieri · elemosinis vitam de pe
riculis redimi · elemosinis a morte animas
liberari · Nec ista sic fratres carissimi proferimus
vt non quod raphael angelus dixit veritatis
testimonio comprobemus In actis apostolorum facti
fides posita est · et quod elemosinis non tantum
a secunda sed et a prima morte liberentur anime
geste et implete rei probatione compertum est ·
Tabita operibus iustis et elemosinis prestandis
plurimum dedita cum infirmata esset et mortua
ad cadauer exanime petrus accitus est · Qui
cum impigre pro apostolica humanitate
venisset circumsteterunt eum vidue flentes et
rogantes · pallia et tunicas et omnia illa que
prius sumpserant indumenta monstrantes ·
nec pro defuncta suis vocibus sed ipsius opera

nonibus deprecantes. Sensit petrus impetrari
posse quod sic petebatur nec defuturum christi
auxilium viduis deprecantibus, qui esset in
viduis ipse vestitus. Cum itaque genibus innixus
orasset et viduarum ac pauperum ydoneus
advocatus delegatas sibi preces ad dominum pertu-
lisset, conversus ad corpus quod in tabula in
lectum iacebat, dixit: Tabita exsurge in no-
mine ihesu christi. Neque defuit petro quo-
minus statim fieret auxilium qui in evan-
gelio dans dixerat: quodcumque in eius nomine fuisset
postulatum. Mors itaque suspenditur et spiritus
redditur, et mirantibus ac stupentibus cunctis
ad hanc mundi denuo lucem redivivum corpus
animatur. Tantum potuerunt misericordie
merita, tantum opera iusta valuerunt. Que labo-
rantibus viduis largita fuerat subsidia
vivendi meruit ad vitam viduarum peti-
one revocari. Itaque in evangelio dominus doc-
tor vite nostre et magister salutis eterne et
vivificator credentium consulens et monens

tus consulens in eternum. inter sua monita
diuina et precepta celestia nichil crebrius
mandat et precipit quam ut insistamus elemo
sinis dandis. Nec terrenis possessionibus
incubemus. sed celestes thezauros potius
recondamus. Vendite inquit res vestras
et facite elemosinas. Et iterum Nolite
vobis condere thezauros super terram ubi ti
nea et comestura exterminat et ubi fures
effodiunt et furantur. Thezaurizate autem
vobis thezauros in celo ubi neque tinea ne
que comestura exterminat et ubi fures non
effodiunt et furantur. Ubi enim fuerit the
zaurus tuus illic erit et cor tuum. Et tu obser
uata lege perfectum et consummatum vellet osten
dere. Si vis inquit perfectus esse vade et ven
de omnia tua et da pauperibus et habebis the
zaurum in celo. et veni sequere me. Item
alio loco negotiatorem celestis gratie et compa
ratorem salutis eterne distractis omnibus rebus suis
preciosam margaritam hoc est vitam eternam Christi

timore preciosam de quantitate premiorum sicut dicit
debet mercari. Simile est inquit regnum celo-
rum homini negocianti querenti bonas marga-
ritas. Ubi autem inuenit preciosam marga-
ritam abiit et vendidit omnia que et emit
illam. Eos denique et abrahe filios dicit quos
in iuuandis alendisque pauperibus cernit opera-
rios sicut iam in zacheo dixisset. Ecce dimi-
dium ex substantia mea do egenis. et si quid
fraudaui reddo quadruplum. Respondit ihesus
et dixit. quia hodie salus domui huic facta
est. quoniam et hic filius est abrahe. Sicut enim si ab-
raham credidit deo et deputatum est ei ad ius-
ticiam. Utique qui secundum preceptum dei elemosinam
facit deo credit. et qui habet fidei veritatem
seruat dei timorem. qui autem dei timorem
seruat in miserationibus pauperum deum cogi-
tat. operatur enim ideo quia deo credit. quia
scit vera esse que predicta sunt verbis dei. nec scrip-
turam sanctam posse mentiri. arbores infruc-
tuosas id est homines steriles excidi et in ignem

mitti · misericordes autem ad regnum venire.
Unde et alio loco operarios et fructuosos fi-
deles appellat · infructuosis vero et sterilibus
fidem derogat dicens Si in iniusto ma-
mona fideles non fuistis · quod est verum quis
dabit vobis? Et si in alieno fideles non fu-
istis verum quis dabit vobis? Si vereris
et metuis ne si operari plurimum ceperis · primo
vero tuo largita elemosinarum functo operacione
ad penuriam forte redigaris · Esto in hac
parte intrepidus esto securus Finiri non potest
unde in cristi usus impenditur · unde celeste opus
celebratur. Verum hoc tibi de meo spondeo · sed
scripturarum fide · et de divine pollicitati-
onis promitto auctoritate Loquitur per salomo-
nem spiritus sanctus et dicit Qui dat paupe-
ribus numquam egebit · Qui autem avertit oculum su-
um in magna penuria erit · ostendens mi-
sericordes atque operantes egere non posse · magis
parcos et steriles ad inopiam postmodum deve-
nire Item beatus apostolus paulus dicit conspirantes

gratia plenus. qui administrat inquit semen
seminanti et panem ad edendum prestabit. et
multiplicabit seminationem vestram et auge-
bit incrementa frugum iusticie vestre. ut in
omnibus locupletemini. Et iterum Administra-
tionis huius officium non tantum supplebit ea que sanctis
desunt. sed et abundabit per multam gratiarum ac-
tionem in domino. Cum enim gratiarum actio ad deum
pro elemosinis atque operationibus nostris. pau-
perum oratione dirigitur. census operantibus dei
retributione cumulatur. Et dominus in euange-
lio tunc eiusmodi hominum corda considerans et
perfidis atque incredulis prescia voce denunci-
ans contestatur et dicit Nolite cogitare dicentes
quid edemus aut quid bibemus aut quid
vestiemur. Hec enim nationes querunt. Scit
autem pater vester. quia horum omnium indigetis. Que-
rite primum regnum et iusticiam dei. et hec omnia
apponentur vobis. Eis apponi dicit et tradi
qui regnum et iusticiam dei querunt. Eos enim
dominus in iudicii die venerit ad percipiendum

conregnum dicat admitti· qui fuerit in cotidiana
eius elemosinas operatum· attentius ne patrimonium
tuum forte deficiat· si ergo eo operari largiter
ceperis. Pressus miser quia dum times ne res fa-
miliares deficiant· vita ipsa et salus deficit
Et dum ne quid de rebus tuis minuatur· attendis
non respicis quia ipse minuaris amator magis
mamone quam anime tue. Ut dum times ne pro
te patrimonium perdas· ipse pro patrimonio pe-
reas. Et ideo bene apostolus clamat et dicit Nich-
il intulimus in hunc mundum· verum nec au-
ferre possumus. Habentes itaque exhibitio-
nem et tegumenta hiis contenti simus. Qui
autem volunt divites fieri incidunt in temp-
tacione et muscipulam et desideria multa et
nocencia que mergunt hominem in perdicione
et interitum. Radix enim omnium malorum est cupi-
ditas· quam quidam appetentes naufraga-
verunt a fide· et inseruerunt se doloribus mul-
tis. attentius ne patrimonium tuum forte de-
ficiat· si ergo eo operari largiter ceperis. Cum

eum factum est ut iusto possint deesse subsi-
dia. cum scriptum sit. non occidet dominus fame animam
iusti. Helias in fuga et solitudine corvis
ministrantibus pascitur. et danieli in lacu leo-
num iussu regis incluso divinitus apparatur
et tu metuis ne operanti et deum promerenti
desit alimentum. Cum ipse in euangelio ad expro-
bracionem eorum quibus mens dubia est et
parva fides contestetur et dicat. Respicite vola-
tilia celi. quoniam non seminant neque metunt ne-
que colligunt in horrea et pater celestis alit
illa. Nonne vos pluris illis estis. Volucres
deus pascit. et passeribus alimenta diurna
prestantur. et quibus nulla divine rei sensus
est. nec cibus nec potus deest. tu christiano tu
dei servo tu operibus bonis dedito tu deo suo
caro aliquid existimas defuturum. nisi si
putas quod qui christum pascit a christo ipse non
pascatur. et eis terrena deerunt quibus ce-
lestia et divina largiuntur. Unde hec incre-
dula cogitatio. unde sacrilega et impia ista

meditacio. Quid facit in domo fidei
presidium peccatis. Quid est qui omnino Christo non
credit appellatur et dicitur christianus. phari-
zei tibi magis querunt nomen. Certa cum dominus
in evangelio de elemosinis disputaret et
ut nobis animos de terrestribus lucris provida
operacione faceremus qui nos postmodum in e-
terna tabernacula suscipient fideliter ac sa-
lubriter premoneret. addidit post hec scrip-
tura divina dicens. Audiebant hec omnia
pharizei qui erant cupidissimi et irride-
bant eum. Tales nunc quosdam in ecclesia vi-
demus. quorum preclusae aures et corda ceca-
ta. nullum de spiritualibus ac salutaribus moni-
tis lumen admittunt. de quibus inmerito non
oportet quod contempnat in tentationibus servum qui-
a nobis videmus deum esse contemptum. Quid
tibi in ipsis ineptis et stultis cogitacionibus
blandiris quod metu et sollicitudine futuro-
rum ab operibus retardaris. Quid umbras
et prestigias quasdam confusionis obtendis.

Confitere primo que vera sint · et quia scis non
posse te falli · secreta et abdita mentis com
prime Obsederunt animum tuum sterilitatis tene
bre et recedente inde lumen veritatis car
nale pectus alta et profunda auaricie ca
ligo cecauit · Pecunie captiuus et seruus
es · cathenis cupiditatis et vinclis alli
gatus es · et quem iam soluerat xps denuo
ligatus es Seruas pecuniam que te ser
uata non seruat Patrimonium cumulas
Quod te pondere suo onerat Nec meminis
ti quid deus responderit diuiti · exuberan
tium fructuum copia stulta exultatione le
tanti · Stulte hac nocte expostulatur ani
ma tua Que ergo parasti cuius erunt · Quid di
uitiis solus incubas · quid in penam tuam
patrimonii pondus exaggeras · ut quo
locupletior fueris seculo · deo pauperior fi
as Redditus tuos diuide cum deo tuo · fruc
tus tuos partire cum xpo Fac tibi possessionum
terrestrium xpm participem · ut et ille te

ſibi faciat regnorum celeſtium coheredem
Erras et falleris quiſquis te in ſeculo di
uitem credis. Vnde in apocalipſi dominum tuum uo
cem euiuſmodi iuſtis obiurgationibus incre
pantem. Dicis inquit diues ſum et ditatus
ſum et nullius rei egeo. et neſcis quia tu es
miſer et miſerabilis et pauper et cecus et nu
dus. Suadeo tibi emere aurum ignitum ut ſis
diues. et veſtem albam ut veſtiaris et non
appareat in te nuditatis feditatis tue. et
collirio unge oculos tuos ut videas. Er
go locuples et diues es eme tibi aurum a
cristo ignitum. ut ſordibus tuis tamquam igne de
coctis eſſe aurum mundum poſſis. elemoſinis et
iuſta operationes purgaueris. Eme tibi albam
veſtem. ut qui ſecundum adam nudus fueras
et horrebas ante deformis. indumento cristo
candido veſtiaris. Et que matrona in ec
clesia cristi locuples es inunge oculos tuos
non ſtibio diaboli ſed collirio cristi ut perue
nire ad uidendum deum poſſis. deum et

operibus et moribus promerens. Intuere in euan-
gelio viduam preceptorum celestium memorem
inter ipsas pressuras et angustias egestatis
operantem in gazophilacium duo que sibi sola fu-
erant minuta mittentem. quam cum adverter-
et dominus et videret non de patrimonio sed de animo
opus eius examinans et considerans non quantum
sed ex quanto dedisset. respondit et dixit. A-
men dico vobis quia vidua ista omnibus
plus misit in dona dei. Omnes enim isti de
eo quod abundavit illis miserunt in dona dei.
hec autem de inopia sua omnem quemcumque habu-
it victum misit. multum beata mulier et glo-
riosa que etiam ante diem iudicii meruit
voce iudicis laudari. Pudeat divites steri-
litatis atque infelicitatis sue. vidua etiam
inops invenitur in opere. Cumque universa que
dantur pupillis et viduis conferantur. dat
illa quam oportebat accipere. ut sciamus que
pena sterilem divitem maneat. quando hoc
documento operari et tam pauperes debeant

Atque ut intelligamus hanc operam deo dari
et eum quisquis hec faciat deum promereri · xpistus illud
dona dei appellat · et dona dei viduam duos
quadrantes misisse significat · ut magis ac
magis possit esse manifestum · quoniam qui miseretur
pauperis deo feneratur · Sed nec res illa fratres
karissimi a bonis operibus et iustis refrenet et revocet
xpistianum · quod excusari se posse aliquis
existimet beneficio filiorum · cum in impensis spiritualibus
xpistum cogitare qui accepturum se professus est
debeamus · nec conservos liberis nostris sed domino
preferamus · ipso instruente et monente · qui dilligit
inquit patrem aut matrem super me · non
est me dignus · et qui diligit filium aut filiam
super me non est me dignus Item in deuteronomio
ad corroborationem fidei et dilectionem dei pariter
conscripta sunt · Qui dicit inquit patri et matri
non novi te · et filios suos non agnoverunt · hii
custodierunt precepta tua et testamentum suum servaverunt
Nam si deum toto corde diligimus · nec parentes nec
filios deo preferre debemus · Quod et iohannes in epistola sua

ponit · caritatem dei apud eos non esse quos videmus in pauperes operari nolle · Qui habuerit inquit substantiam huius mundi et viderit fratrem suum desiderantem · et clauserit viscera sua · quomodo caritas dei manet in illo · Cum enim deus elemosinis pauperum feneretur et cum datur minimis christo datur · non est quod quis terrena celestibus preferat · nec divinis humana preponat · Sic vidua illa in tercio regnorum libro cum in siccitate et fame consumptis omnibus de modico farine et oleo quod superfuerat fecisset subcinericium pane · quo assumpto moritura cum liberis esset · superveniens helias et petit sibi prius ad edendum dari · tunc quod superfuisset ide illam cum filiis suis vesci · Parere obtemperare illa dubitavit · aut filios helie mater in fame et egestate preposuit · fit immo in conspectu dei quod deo placeat · prompte et libenter quod petebatur offertur · nec de abundantia portio sed de modico totum datur · et esurientibus liberis alter prius pascitur · neque in penuria

et fame cibus anq̄ misericordia cogitatur
vt dn̄i in ope salutari carnaliter ↄ̄cipint
sp̄ualiter aīa seruet. Helyas itaq̄ tipū xp̄i
gerens et qr̄ ille pro misericordia singulis
vicem reddat ondens vidit et dixit h
Hec dicit dn̄s. ydria farine non deficiet
et capsaces olei non minuet. vsq̄ in diem
qm̄ dabit dn̄s ymbrem sup̄ t'ram. Beneidū
diuine pollicitationis fidem. multiplicata
sunt vidue et ann̄ulata que p̄stitit. et
operibus iustis et misericordie meritis aug
menta et incrementa sumentibȝ fari
ne et olei vasa ↄ̄pleta sunt. nec filius ab
stulit mater quod helye dedit. sed magis
ↄ̄tulit filius quod benigne et pie fecit
Et illa viduū xp̄m sciebat. viduū p̄cepta
cuius audierat. nō cruce et passione ei9
redēpta cibū et potū pro sanguine rep̄e
debat vt ex hoc appareat q̄ntū in ecclia
perret qui sic et filios xp̄o anponēs diui
nas suas sciat. nec patrimoniū copiosum

tu indigentium paupertate cogitat. Sed cum m
ti ſunt in domo liberi et retardat te nu
meroſitas filiorum quo minus largiter bo
operibus inſiſtas. Atque de hoc amplius opera
debes quo multorum pignorum pater es. plure
ſunt pro quibus debeas deum deprecari. multo
rum delicta redimenda ſunt. multorum p
tande conſcientie. multorum anime liberande
Ut in hac vita ſeculari alendis ſuſtine
dis que pignoribus quo maior eſt numerus
hoc maior est et ſumptus est. Ita in vita ſpiritua
li atque celeſti quo amplior fuerit pignorum
copia. eſſe et operum debet maior impenſa
Sic et iob ſarcina numeroſa pro liberis
offerebat. quotquot erat in domo pignorum nume
rus. tot ei dabantur et deo numerus hoſtia
Et quia cotidie non poterat deeſſe quod peccaretur in
conſpectu dei cotidiana ſarcina non deerant
quibus poſſent peccata tergi. probat ſcriptura
dicens. iob homo verus et iuſtus habuit
filios ſeptem et filias tres et emundabat

illos offerens pro eis deo secundum nume-
rum eorum et pro peccatis eorum vitulum unum
Si tu ergo filios tuos vere diligis si eis qulpi-
bes plenam et paternam dulcedinem caritatis
operari magis debes ut filios tuos deo ius-
ta operatione commendes Nec te liberis tu-
is cogita qui temporalis et infirmus es sed il-
lum patrem qui eternus et firmus filiorum spirituali-
um pater est Illi assigna facultates tuas
quas heredibus servas Ille sit liberis
tuis tutor ille curator ille contra omnes in-
iurias seculares divina potestate pro-
tector Patrimonium deo creditum nec res
publica eripit nec fiscus invadit nec
calumpnia aliqua forensis evertit In tuto
hereditas ponitur que deo custode ser-
vatur Hoc est caris in posterum providere
hoc est futuris heredibus paterna pieta-
te consulere secundum fidem scripture sancte
dicentis Junior fui etenim senui et non
vidi iustum derelictum nec semen eius querens panem

Tota die miseretur et fenerat. et semen
eius in benedictione erit. Et iterum. Sin quis
queratur sine vituperatione in iusticia
beatos filios relinquit. Prevaricator
itaque et proditor pater es. nisi filiis tuis
fideliter consulas. nisi conservandis eis re
ligiosa et vera pietate prospicias. Quid
tu studes magis terreno quam celesti patrimo
nio. filios tuos dyabolo magis commendare
quam christo. Bis delinquis et geminum ac
duplex crimen admittis. et quod non preparas
filiis tuis dei patris auxilium et quod doces fi
lios tuos patrimonium plus amare quam christum.
Esto potius liberis tuis pater talis qualis tho
bias extitit. Da utilia ac salutaria precepta
pignoribus qualia ille filio suo dedit. manda
filiis tuis quod et ille mandavit dicens
Et nunc fili mando tibi servi deo in veritate
et fac coram illo quod illi placet. et filiis
vestris mandate ut faciant iusticiam et elemosinas
et sint memores dei. et benedicant no-

mem eius omni tempore Et iterum Omnibus
diebus vite tue fili deum in mente habe
et noli preterire precepta eius Iusticiam fac
omnibus diebus vite tue et noli ambulare via
iniquitatis Quia autem si feceris veritatem e-
rit respectus operum tuorum Ex substancia
tua fac elemosinam et noli avertere faciem
tuam ab ullo paupere Ita fiet ut nec a te
avertatur facies dei Quomodo potueris fili sic
fac Si tibi fuerit copiosa substancia plus
ex illa fac elemosinam et si exiguum ha-
bueris ex hoc exiguo quam Et ne timeas
cum feceris elemosinam Premium bonum the-
saurizabis tibi in die necessitatis quia elemo-
sina a morte liberat et non patitur ire in
tenebras Magnum bonum est elemosina omni-
bus qui faciunt eam coram summo deo Qua-
le munus est fratres carissimi cuius edicio deo
spectante celebratur Si in gentilium munere
grande et gloriosum videtur proconsules vel
imperatores habere presentes et apparatus ac

sumptus apud munerarios maior est ut
possint placere maioribus. quanto illustrior
muneris et maior est gloria deum et christum
spectatores habere. Quanto et istic et ap
paratus uberior et sumptus largior exhiben
dus est ubi ad spectaculum conveniunt celorum
virtutes conveniunt angeli omnes. ubi mune
rario non quadriga vel consulatus petitur sed
vita eterna prestatur nec capitur inanis et
temporaneus favor vulgi sed perpetuum premi
um regni celestis accipitur. Atque ut pigros
et steriles et cupiditate nummaria nichil ad
salutis fructum nichil operantes magis pu
deat ut plus conscientiam sordidam dedecoris
et turpitudinis sue rubor cedat ponat
unusquisque ante oculos suos diabolum cum
servis suis id est cum populo perditionis et
mortis in medium prosilire plebem christi
presente et iudicante ipso comparationis exa
mine provocare dicentem Ego pro istis quos
mecum vides nec alapas accepi nec fla

gellis sustinui nec crucem pertuli nec san
guinem fudi. nec familiam meam precio
passionis et cruoris redemi. Sed nec
regnum celeste permitto. nec ad paradisum
restituta immortalitate denuo revoco.
Et munera michi que preciosa que grandia que
nimis et longo labore quesita sumptuosis
simis apparatibus comparant. rebus suis vel
obligatis in muneris comparatione vel
vendunt. et nisi editio honesta succes
serit quiritis et sibilis carpuntur et furore
populari illi divites illi copiosis opibus
affluentes non numquam pene lapidantur.
Tuos tales tuos muneratores Christe de
monstra illos divites illos copiosis
opibus affluentes. an in ecclesia presidente
te et spectante te eiusmodi munus edunt
oppigneratis vel distractis rebus suis immo
pocius ad celestes thezauros mutata in
melius possessione translatis In istis
muneribus meis caducis atque terrenis

nemo paſcitur nemo veſtitur nemo
sibi alienus vel pecunie ſolamen retrahatur
Cuncta mente furore cedentes et ſpectantes
errorem prodiga et ſtulta voluptate fr
fruſtratum vanitate deperierunt. Ille in
pauperibus tuis se veſtiri et paſci
in vita eterna operantibus pollicetur et x
vero in meis pereuntibus adequatur qui
a te divinis mercedibus et premiis hon
celeſtibus honoratur. Quid ad hec respondemus
fratres kariſſimi. ſacrilegas ſterilitates et
quadam tenebrarum nocte coopertas divinitus
mentes qua ratione defendimus. qua excu
ſatione purgamus. qui dyaboli ſervis
ſteriliores ſumus. ut christo pro precio paſ
ſionis et ſanguinis vice nec in modicis
rependamus. Precepta ille nobis dedit
quid facere ſervos eius oporteat inſtruxit
et operantibus premium pollicetur. et ſteril
ibus ſupplicium comminatur ſententiam ſuam
protulit et quid iudicaturus ſit ante predixit

Que pt excusacio esse restanti· que de-
fensio sterilis nisi qz no fancte serue qd
precipitur dnis facat qd minat. Cum
et dicit Cu venerit filius hois in clari-
tate sua et oes angeli cu eo· tunc sedebit
in throno claritatis sue· et colligentur
ante eu oes gentes· et segregabit eos
ab invicem quemadmodu pastor segregat
oves ab hedis· et statuet oves ad dex-
tera sua· hedos autem ad sinistra Tunc
dicet rex eis qui ad dextera sua sut
Venite bndicti pris mei pcipite rg-
nu quod vobis patu est ab origine mu-
di Esurivi eni et dedistis michi madu-
care· Sitivi et potastis me Hospes fui
et adduxistis me Nudus et texistis In-
firmus fui et visitastis me In carcere
fui et venistis ad me Tunc rndebut
et iusti dicentes· Due qn te vidimus esu-
rientem et pavimus te sitiente et po-
tavimus· Quado te vidimus hospitem

et adduximus. et nudum et vestivimus
Quando autem te vidimus infirmari et in
carcere et venimus ad te. Tunc respondens
rex dicet eis Amen dico vobis. quamdiu fe
cistis uni horum ex fratribus meis mihi fecistis
Tunc dicet illis qui ad sinistram eius sunt
Discedite maledicti in ignem eternum. quem
paravit pater meus dyabolo et angelis eius.
Esurivi enim et non dedistis mihi manducare
Sitivi et non potastis me Hospes fui
et non adduxistis me Nudus et non vestis
tis Infirmus et in carcere et non visitastis
me Et respondebunt et ipsi dicentes Domine quando
te vidimus esurientem aut sitientem aut
hospitem aut nudum aut infirmum aut in carcere
et non ministravimus tibi. Tunc respondebit il
lis Amen dico vobis. quamdiu non fecistis uni
ex minimis istis neque mihi fecistis Et abi
bunt isti in combustione eterna. Iusti autem in
vitam eternam Quid potuit nobis cristus
magis edicere. quod potuit magis ad iustitie

et misericordie opera provocare. quando quod prestatur sibi
dicit quidquid prestatur egenti et pauperi. et
se dicit offendi nisi egenti prestetur et pau-
peri. Ut qui respectu fratris in ecclesia non mo-
vetur vel contemplatione Christi moveatur. et
qui non cogitat in laborante atque egestate con-
servum vel dominum cogitet in ipso illo quem des-
picit constitutum. Et idcirco fratres carissimi
quibus metus in deum promptus est. et spreto cal-
catoque mundo iam ad superna et divina ani-
mus erectus est. fide plena. mente devota
operatione continua promerendo domino obsequium
prebeamus. Demus Christo vestimenta terrena
indumenta celestia recepturi. Demus cibum
et potum secularem. cum abraham ysaac et
iacob ad convivium celeste venturi. Ne pa-
rum metamus plurimum seminemus. Securita-
ti ac saluti eterne dum tempus est consulamus pau-
lo apostolo admonente et dicente. Ergo dum
tempus habemus operemur quod bonum est ad omnes maxi-
me autem ad domesticos fidei. Bonum

autem facientes nō deficiamus Tp̄e enī
suo metemus Cogitemus fr̄es dil̄ssimi
quid sub ap̄lis fecit credentiū pluralitas q̄
inter ip̄a p̄mordia maioribus virtu-
tibus mens vigebat. qm̄ credentiū fi-
des noua adhuc fidei caloē feruebat
Domalia tūc p̄dia venūdabant et
dispensanda pauperibus libenter ac lar-
giter offerebāt. t'reno p'mōio ven-
dito atq; distracto. fūdos illuc trāsferen-
tes ubi fructus caperent possessionis eterne
illuc opantes domos ubi inciperent sp̄
habitare Talis tūc fuit in opatione in-
nulg; qualis in dil̄cōe cōsensus. sicut le-
gimus in actibus ap̄loꝝ Turba autem
eoꝝ qui crediderāt aīa ac mente vna
agebant. nec fuit discrimen inter il-
los ullū. nec quisquam suū vendica-
bat ex bonis que erant. sed fuerūt
eis oīa cōia hoc est natiuitate sp̄uali
vere filios dei fieri hoc ē lege celesti

equitatem dei patris ymitari Reddimus
enim dei est in terra vsurpacione que e
net quisquam a beneficiis eius et munici
bus eius arcetur quo minus de humanum
ni genus bonitate ac largitate diui
na equaliter perfruatur Sic equaliter dies
luminat sol radiat ymber rigat ve
tus aspirat et dormientibus sompnus
vnus est et stellarum splendor ac lune
quibus est Quo equitatis exemplo qui
possessor in terris redditus ac fructus
suos cum fraternitate partitur dum largitio
nibus gratuitis quis ac iustus est dei
patris ymitator est Que illa erit fratres
carissimi operancium gloria quam grandis et
summa leticia cum populum suum dominus reme
retur et meritis ac operacionibus
iustis premia promissa retribuens pro
terrenis celestia pro temporalibus sem
piterna pro modicis magna prestare
offerre nos patri cum nos sanctificacione

restituit · etuitate nobis imortalitatem q̃ largiri ad quã nos sanguis sui vi uificatione reparauit · reducens ad paradisum denuo fac̃e regna celorũ fide et veritate sue pollicitationis a aprire Hec hereant firmiter sensibꝫ nostris hec toto corde dilitantur h̃ desiñeãu operũ magnanimitate redimant Ptea preclara et diuina res fr̃es carissimi salutaris operatio solaciũ grande credenciũ Securitatis me salubre psidiũ apmimentũ speitute la fidei medela pcti reposita i ptate facientis res et grandis et facilis sine periculo psecucionis corona pacis Verũ dei munꝰ et maximũ Infirmis necea riu Et fortibus gloriosũ Quo xpianꝰ adiutꝰ pfert grãz spũalem Promet xpm iudicem deũ apuitat debitore Ad hanc opm salutarium palmã libenter z pmpte certemꝰ oes in agõe ĩnñe deo et xpo spectãte

curramus. ut qui seculo et mundo minores
iam esse cepimus. cursum nostrum nulla se-
culi et mundi cupiditate tardemus. Ex-
peditos et leves si in hoc operis agone
currentes dies nos vel redditionis vel
persecutionis invenerit nusquam dominus de-
erit in pace vincentibus enim coronam candi-
dam pro operibus dabit. in persecutione
purpuream geminabit. Leo papa in sermone

De facultatibus vestris
quantum suadet possibilitas et voluntas
expensas misericordie offerte. ut possitis
illam beatitudinem promereri in qua sine
fine gaudebit qui intelligit super ege-
num et pauperem. Ad quem intelligendum
dilectissimi sollicita benignitate vigilandum
ut quem modestia tegit et verecundia impedit
invenire possimus. Sunt enim qui palam
poscere ea quibus indigent erubescunt
et malunt miseria tacite egestatis af-
fligi. quam publica petitione confundi. Intel-

Intelligendi ergo isti sunt et ab inopia releuandi ut hoc ipso amplius gaudeant cum paupertati eorum consultum fuerit et pudori. Rex autem in egeno et paupere ipsius ihesu christi domini nostri personam sentitur qui cum esset diues ut ait apostolus pauper factus est. ut vos sua paupertate ditaret. Et ne deesse nobis sua presentia uideretur. Ita humilitatis et glorie sue misterium temperauit ut quem regem glorie et dominum in maiestate patris adoramus. eundem in suis pauperibus pascremus. liberandi ob hoc in die mala a dampnatione perpetua et pro intellecti pauperis cura. regni celestis consortio inserendi. leo papa.

Quicquid in alimentos pauperum in curationes debilium in pretia captiuorum et quelibet opera pietatis expenditur. non minuitur sed augetur. nec umquam apud deum perire potest quod fidelis pietas erogauerit. dum quod cuique tribuit. id sibi ad premium

um recondit. Beati enim misericordes
qm ipsorum miserebitur deus. nec delictorum
memoria erit. ubi testimonium pietatis
affuerit. Aug. Leo in eplis
Sive sacerdos sive cognatus sit et af
finis. nichil in illo aliud considerans nisi pau
pertatem. sine discrecione omnibus indigentibus
simpliciter tribuamus. non querentes cui
sed quare damus. Quisquis enim in quoque
nomine moriturus succurrere potest. si non fecerit
occidit. Leo sup ecclesiasticum
Qui indigenti elemosinam tribuit
nec pro delicto spernit. misericordiam vere
facit. natura enim respicienda est. non persona
Qui enim dat indigenti peccatori. non quia
peccator est sed quia homo est. non peccatorem sed iustum nutrit.
Non memini me legisse mala morte
mortuum. qui libenter opera misericordie ex
ercuit. Habet enim multos intercessores
et impossibile est multorum preces non exau
diri. Abraham et loth angelos susceperunt

quia hospites dilexerit

Ex monitis bti ysidori episcopi

Quod habes habeto ad misericordiam. Quodque tribuis cum affectu tribue. Prebe misericordiam sine murmure. Prebe elemosinam sine tedio. Maior sit benivolencia quam quod datur. Tale erit opus tuum qualis fuerit intencio tua. Quod affectu bono dispensatur hoc accipit deus. Cum autem cum tedio dat mercedem perdet. Non est misericordia ubi non est benivolencia. Nichil facias propter laudem. Nichil propter temporalem opinionem. Sed propter vitam eternam

Btus ysidorus in synonimis.

Contempne vives quam post mortem habere non possis. Si quem noveris in necessitate constitutum. Si quem in inopia redactum. Si quem oppressum. Si quem humiliatum nullum contempnas. Nullum spernas. Nullum despicias. Vacuum nullum dimittas. Nullus a te tristis abeat. Nemo a te confusus abscedat. Omnibus circa omnes tribua

omnibus prebe. non eligas cui misereatis. ne
forte preterears eum qui meretur accipere
incertum est enim pro quo magis deo pla
ceas. nescis pro quo maior iusticie fructus
tibi comparet. Quidquid tribuis cum affectu tribue
quidquid largiris cum hillaritate largire.
Elemosina amica dei consistit Crisostomus
et semper ei propinqua est. pro quibus fr mathr
cumque voluerit facile munus gratie impetrat
vincula peccatorum ipsa dissoluit. fugat tene
bras extinguit ignem. huic cum multa
fiducia porte celi aperiuntur. et veluti regi
na intrante. nullus ianitorum nullus custodum
qui assistunt audet dicere. quis tu es aut unde
sed omnes eam regaliter suscipiunt. Est consepta
per omnia venustate et sanctitate huius vultum can
didum atque mansuetum pennata est et leuis
et ante solium regale consistit. Medicamentum
fortius quod maxime operatur in penitentia
elemosina est. Et sicut in preceptis medicine

Testimonia

medicamentu multas quidā herbas accipit vna autem dignissima et potenciore. Sic et in penitencia. ista herba dignior ē et potencior et vniuersum ipā efficit. Audi enim qd dixit scriptura diuina. Date elemosinas et oīa munda sūt vobis. Ecce tu proposuisti elemosinā facere. Si ascendit super cor tuū velle herbā apparere. nunq̄ debes subtrahe manū ut ne des locu vane cogitacioi. dicens apud te melius est nec facio bonu ne enim inueniar propter hoies facere absit. Sed perfice opus tuū ne dū vis cogitacionē vane resistere perdas opus bonu. Elemosina an oroem precedit. qua mercatrix est et preparatrix vie an faciem orois. vt post elemosinam sequens oracio locu misericordie inveniat apud deu. Infirma est oro que elemosinaru largitate no est munita. Duo sunt nobis dni propositi. deus et mamona. id ē dyabolus. Ille ad misericordiā nos prouocat. Iste ad auariciā. Ille ad vi

tam trahit ad mortē Ille ad salutē. hic ad p(er)-
dicionem Cum de duob(us) obtemp(er)are debem(us)
et utiq(ue) qui nos ad vitā invitat. nō q(ui)
et qui nos trahit ad mortē Quādo venis
ad ecclesiam ad deū adorādū munera
tecū in manibus porta nō habentibus. et
pete ab illo qui habet. ut oro tua bonis
operibus commendetur Infirma est oro q(ue) nō ē
elemosinarū largitate munita ap(ro)siator
est salutis p(rae)sidiū fidei ornamentū. p(ri)ma
peccatorū hec ē q(ue) iustos p(ro)bat. sanctos robo- est
rat dei cultores ostentat Crisostomus

Decernet paup(er)es sursum in solario suscipe
si nō placet saltem deorsum ubi sunt subiu-
galia et famuli. xp(istu)m suscipiat. fiat saltē
paup(er) editu(u)s. ubi ē elemosina nō audet
intrare dyabolus Et si non secū (con)sedeas. mit-
te eis de mensa fercula Elemosina re-
illuminat aiam. et eam bonam efficit atq(ue)
decoram Ambrosius sup(er) psalmum Bti

imaculata in via etc.

Pietas omnia penitus que contra deo . dum q
palliat . necessitudines fovet . dei cultura
meretur parentum filiorum stipendium . Pietas in
iustorum tribunal . egenorum portus . miserorum
suffragium . indulgentia peccatorum. Idem in libro
Pasce fame morientem quisquis de officiis
Pem pascendo hominem servare poteris si non pa
veris occidisti. Idem in sermone
Medicina misericordie tollit peccata magna
na habemus plura subsidia . quibus peccata
nostra redimimus Pecuniam habes redime
peccatum tuum . Non quod venalis est deus . sed tu ipse ve
nalis . peccatis tuis venundatus es Redime te
operibus tuis . redime te pecunia tua vilis
pecunia . sed preciosa est misericordia Elemo
sina inquit a peccato liberat Crimina ergo
elemosinis redimuntur. Beatus Gregorius in
Propter hoc quod tunica omelia
plus est necessaria usui quam pallium . ad fructum
digne penitentie pertinet ut non solum quod
...

necessaria sed ipsa nobis necessaria valde diui-
dere cum proximis debeamus. scilicet vel esca qua
carnaliter viuimus vel tunica qua vestimur.
Quia enim in lege scriptum est. diliges proximum
tuum sicut teipsum. minus proximum amare conuinci-
tur. qui non cum eo in necessitate illius etiam que
sibi necessaria sunt partitur. Estimationem precii
fratres carissimi regnum dei non habet. sed tantum
valet quantum habes. Valuit namque zacheo dimi-
dium substantie. quia dimidium aliud ad hoc
quod iniuste abstulit restituendum in quadruplum
reseruauit. Valuit petro et andree dimis-
sis retibus et naui. Valuit vidue duobus
minutis. Valuit alteri aque calice frigide.
Regnum itaque dei ut diximus tantum valet
quantum habes. Pensate fratres quid vilius cum emi-
tur quid carius cum possidetur. Sed fortasse
nec calix aque frigide suppetit qui indigen-
ti tribuatur. etiam tunc securitatem nobis promit-
tit sermo diuinus. Redemptore etenim nato. sur

celi cives ostensi qui clamarent Gloria in
excelsis deo. et in terra pax hominibus bone
voluntatis. Ante dei namque oculos numquam est
vacua manus a munere. si archa cordis reple-
ta est bona voluntate. Hinc etenim psalmis-
ta dicit. In me sunt deus vota tua. que reddam
laudationes tibi. Ac si aperte dicat. Et si exterius
munera offerenda non habeo. Intra memetipsum tamen
invenio. quod in ara tue laudis inpono. quia
qui nostra largitione non pasceris. oblatione
cordis melius placaris. Nichil offertur quip-
pe deo ditius bona voluntate. Voluntas autem
bona est fratres carissimi. sic adversa alterius sicut
nobis pertimescere. Sic de prosperitate proxi-
mi sicud de nostro profectu gratulari. Aliena
dampna nostra credere. Aliena lucra nostra depu-
tare. Amicum non propter mundum sed propter
deum diligere. Inimicum autem amando tole-
rare. Nulli quod pati non vis facere. Nulli
quod tibi iuste impendi desideras negare. ne-

Necessitati proximi non modo nostras vires suc-
currere sed prodesse etiam ultra vires velle
Quid isto holocausto locupletius quo per se
quod deo immolat in ara cordis anima se-
metipsam mactat. Sed hoc bone volun-
tatis sacrificium numquam plene persolvitur nisi
huius mundi perfecte cupiditas deseratur. Nam
quicquid in eo concupiscimus procul dubio
aliis invidemus. Videtur etenim quod nobis
deficiat quod alter assequitur. Et quia
invidia semper a bona voluntate discordat
mox ut hec mentem ceperit illa discedit.
Sic sit opus in publico quatinus intentio
maneat in occulto ut et de bono opere
proximis prebeamus exemplum et tamen per intentionem
qua soli deo placere querimus semper optemus
secretum. Quid prodest quod redemptori nostro
per fidem iungimur si ab eo moribus disiungamur.
Ipse etenim dicit. Non omnis qui dicit mihi
domine domine intrabit in regnum celorum. Sed qui

facit voluntatem patris mei qui in celis est.
Recta ergo opera fidei vite iungenda sunt. mala
que fecimus per cotidiana lamenta diluamus.
Transactas nostras nequicias. surgentia ab
amore dei et proximi recta opera superent. spul-
la que possumus fratribus impendere bona renu-
amus. sicque enim aliter redemptoris nostri cum
membra efficimur. nisi inherendo deo et compaci-
endo proximo. Sed quia ad amorem dei et
proximi plerumque corda audiencium plus ex-
empla quam verba convertunt. caritati vestre
indicare studeo. quod ephiphanius filius vi-
me eius diaconus ysauria provincia exortus
in viriana factum terra lichaonie solet narra-
re miraculum. Fuit enim quod in ea quidam mar-
tirius nomine vite valde venerabilis monachus
fuit. qui ex suo monasterio gratia visitacionis
ad aliud monasterium tendebat. cui spiritualis
pater preerat. Pergens itaque. quendam quem
densis vulneribus elephantinus morbus per-

mēbra fedauerat invenit in via volētē
ad suū hospiciū redire et p lassitudīe nō va
lentem Ipse v͛o in ipo itinē se habē hospi
ciū phibebat · quo ide martiri⁹ mōchi⁹ ire
festinabat Vir autē dei ei⁹ de leprosi las
situdine misert⁹ · palliū quo vestiebatur ī tra
ctati⁹ pciat et expandit · et desup lep̄sum
posuit · eūq3 suo pallio cōstrictū sup humeros
levavit · secumq3 revertens detulit Cumq3 iā
mōsti͛ foribus apropinquaret · spūalis pr ei⁹ de
mōsterij · magnis clamare vocibus cepit q
Currite · ianuas mōsti͛ cīti⁹ apite · qr frr mar
tiri⁹ venit · dum portas Statim v͛o ut mar
tiri⁹ ad mōsti͛ aditū pvenit · is qui lep̄s⁹
eē putabatur de collo ei⁹ exiliens · et ī ea
specie apparens qua ab hoībus cognosci solet ·
redemptor humani gnis de⁹ hō xp̄s ihs⁹
ad celū martiro aspiciente redijt · eīq3 ascen
dens dixit · martiri tu me nō erubuisti
sup t͛ra · ego te nō erubescā sup celos Qui

sanctus vir mox ut monasterium est ingressus · ei prior
monasterii dixit · Frater Martiri ubi est quem portabas ·
Cui ille respondit dicens Ego si scissem quis
esset / pedes illius tenuissem Tunc idem mar-
tirius narrabat · quia cum illum portasset pondus
eius minime sensisset Quomodo enim pondus sentire
poterat · qui portabat portatorem · Qua in re
pensandum est · quantum fraterna compassio valeat · quantum
nos omnipotenti visceribus misericordie coniungat ·
Inde enim ei · qui est super omnia appropinquamus · unde
nos per compassionem proximis etiam sub nosmet-
ipsos deponimus · In rebus corporalibus nemo
alta tangit · nisi qui tenditur · In rebus vero spiri-
talibus contrarium est · quia quanto plus per compassionem
attendimus · tanto altius verius appropinquamus Ecce
autem redemptori humanum genus · ad edifica-
tionem nostram minime sufficit · quod in extre-
mo iudicio dicturum se esse perhibuit quod uni
fecistis uni de minimis fratribus meis mihi fecistis
Nisi et ante iudicium in se ostenderet quod /

duxisset · ut videlicet demonstraret · quia quisquis nunc bona indigentibus exhibet opera · ei specialiter impendit · cuius hec amore exhibuit · Et tanto quisquis in se maiorem mercedem accipiet · quanto nec eum despicit · qui amplius despiciendus videtur · Quid in humana carne · sublimius corpore · que est super angelos exaltata · Et quid in humana carne abiectius carne leprosi · que tumescentibus vulneribus scinditur · et exalantibus fetoribus impletur · Ecce in specie leprosi apparuit · et is qui est venerandus super omnia · videri despectus infra omnia · dedignatus non est · Cur hoc · nisi ut nos tardiores sensu admoneret · quatinus quisquis ei qui in celo est festinat assistere · humiliaret compati etiam abiectis et despicabilibus fratribus non recuset · Beatus Gregorius papa in moralibus

Quisquis super eum cui aliquid donavit fastu elationis se extollit · maiorem culpam peragit superbiendo · quam extrinsecus mercedem largiendo

basili9 episcop9

Fateris tibi ea que sunt bona **Beatus basilius**
temporalia diuinitus puenisse. **episcopus :-**
An iniustus deus inequaliter res nobis distribuens.
Cur tu abundas. ille vero mendicat. nisi vt
bone dispensacionis merita consequaris. ille vero
paciencie brauius decoretur. At tu nonne
spoliator es: que dispensanda suscepisti propria
reputando. Est panis famelici quem tu
tenes. nudi tunica. quam in conclaui conseruas.
discalciati calceus qui penes te marcessit.
indigentis argentum quod possides. Quocirca
tot iniuriaris quot dare valeres **Beatus**

Ita tamen deus beniuolencie meus **hylarius**
in omnes affectum delectatur. vt et mi- **episcopus**
sericordia sua sit solus misericordibus prestatur.

Elemosina est indigenti **Innocencius papa 3us**
pietatis intuitu subuenire. **in sermone**
cuius quantus sit fructus septuplum demonstrat
Nam elemosina mundat Elemosina libe-
rat Elemosina redimit Elemosina protegit

Elemosina postulat Elemosina impetrat
Elemosina pfirat Elemosina bndicit Elemo-
sina resuscitet Elemosina saluat Bonauentura [marg: bonauentura de septem]
Magna elemosine efficacia cardinalis
quatu ad septem efficacias Prima e super
qz mundat a culpa Secunda qz liberat luca
a pena etna Tercia qz defendit a pena tnsi-
toria Quarta mitigat fomitis concupiscencia
Quinta qz dat de hoste victoria Sexta qz co
seruat hoim diuina graciis Septima dat fi-
ducia puemendi ad gloriam Ad hoc aute
qz elemosina habeat hus septem efficacias
necesse est qz heat circa se septem circumstancias
ipi9 exornatiuas Primo requirit simplici-
tas in corde Vn Te aute facete elemosina
nesciat sinistra tua quid faciat dextera tua
Secundo discrecio in electione scdm illud
ecclastici xij° Si bnfeceris scito cui bnfece-
ris 3° vo copassio in affectione ysaie lviii°
Cu effuderis salciet pr copassione esurienti

manum tua. tunc orietur in tenebris lux
tua Et iob flebam quonda sup eo qui
afflictus erat. et compaciebatur anima mea paupi
Quarto dulcedinem in sermone ecclesias
tici xxviii° sermone ardorem refrigerabit
vos sic et verbu melius quam datu Quinto
vero hilaritas in facie ecclesiastici xxxv° In
omni dato hilarem fac vultu. psal9 iocundus
homo qui miseretur Sexto vero debita quantitas
in munere. thobie iiii° Si multu tibi fuerit abun
danter tribue. si exiguum et illud libenter
impartire stude Septimo vero celeritas in ope
prouerbiorum 3° Ne dicas amico tuo vade et re
vertere et cras dabo tibi cu statim possis dare

De i libro sn[l]i amore

Nullum quantumcumque miseru homo despiciat. s[ed]
erga omnes paterno potius moueatur affectu
et sic omnibus compaciatur in tme sicut mater compa
titur unico filio dilecto. omnes eorum miserias
reputet suas. et sicud sibimetipsi sic omnibus
si potest debet subuenire Et quibus ergo

oēs in cōpatiendo et ministrādo debeat ma-
ternalit̄ se habē. debet tn̄ oēs taq̄ͣ prebē
dnōs reuereri . **Cassidor9 .**

Egenis iussū est subueniri nō diuitib9
fūdit pon9 qui mittit in plenū p̄ra ill^d
pon9 r̄cedit. quod vasis vacuis ɔgrega-
tur **Valeri9 epūs**

Precedentis misericordie beneficiū p̄did^t
qui putat esurienti solū sufficē q̄d dona-
uit. Ille autem ad dm̄i integros misericor-
die fructꝰ p̄mittit. a quo paup numq̄ͣ tris-
tis abscedit **. Raban9 sup matheū .**

Nil plus valet coram oīpͣ elemosinarū
largitas . qz frustra pro peccatis rogatu-
r9 ad deū man9 expandit . qui hās ad
paupes nō extendit **Idem sup ecclesiastm̄**

Non q̄ͣntitatem muneris pensat de9 . sed
deuotionē cordis **Btūs bernard9**

O Vanitas vanitatū . sed vanior q̄ͣ īsania
ornfulget eccl'ia in parietib9 . et i paupib9

decet. Suos lapides induit auro. et suos
filios nudos deserit. De superbis exterorum ser-
uitur oculis diuitum inueniunt curiosi quod
delectent. et non inueniunt miseri a quo sus-
tentent. Petrus rauennas

Auarum erogare bonum est. reponere malum.
contempnere validum. fugere periculum. Alanus

Misericordia clauis est. que reserat celum
que soluit reatum. Ricardus super danielem

Questum est valde ut qui in sua necessitate suf-
fragium a suo expetit superiori. operam quam
valet suo oportet ut exhibeat inferiori. ut
qui sibi misereri desiderat. misericordiam
libenter impendat. Exempla petri da-
miani ad episcopos

Abbas quidam
ut mihi relatum est. suauis edulii concupiscen-
tia ductus. lampredam sibi precepit acquiri. Cum
ministri dicerent. hoc genus eo loco difficile pos-
se reperiri. extitit qui diceret. vnam tantum in
venalibus lampadam se vidisse propositam. nullo p

pacto minus quam viginti nummorum papiensium so-
lidis redimendam iussit abbas numerari pecu-
niam. Cocorum autem diligentia perfunctus et
laute decoctus abbati piscis apponitur. Sed
antequam tangeretur, ecce pauper ad ianuam hoc sibi
potissimum dari quod abbati esset appositum a-
nxie postulabat. Mox ut erat integrum pis-
cem nichil hesitans vir domini mittit ad pau-
perem. Illico pauper qui videbatur cum ipsa pa-
rapside plena pisce in sublime se extulit
et librata velut exenia portans, celum cunctis
videntibus penetravit. Unde liquide comprobatur
quia quod indigentibus datur, deo transmittitur
et quod in sinu pauperum occultamus in celo
reponimus. Quidam pauper paterfamilias vix
unum dumtaxat nummum in loculo possidebat
quem ad emendum aliquid quod cum pane
comederet expendere gestiebat. Cumque ieiunus
et aridus a lautioribus alimentis hoc domi-
norum in mente versaret, iterum pauper ad

advenit et misericordiam postulavit. Ille hę-
rens animo velud in quodam erat animi
meditullio constitutus, sperans si daret. carnem me-
tuebat affluere. si retineret. culpam incur-
rere formidabat denegate misericordie.
Tandem spiritus vicit carnem. et evangelica
provocatus vidua. sub pauperis specie. bono debi-
tori deo. suam fenerat quantitatem. Redit do-
mum. et panis qui solebat apponi. pau-
per quidem mensa. sed bona spe dives
erat consaenna. Damnum siquidem carnis
compensabat lucro pietatis. Cum ecce quidam
vir ignotus et quem ante numquam viderat. fes-
tinus et anxius. ligatos lintheo in manu
eius xx denariorum solidos posuit. dicensque
sibi a domino suo missos. tamquam qui ab eo
conspectaretur. incunctanter abcessit. Cumque
hic attonitus vellet inquirere. ille dispa-
ruit. Idcirco autem nomina hominum non appo-
no. quia ordo parte rei familiaris hesit animo

beda cuthb

noia vero ceteris aliis intuentibus in
terrepit oblivio **Beda de s(an)c(t)o cuthberto**

Famulus d(omi)ni cuthb(er)tus suscipiendor(um) q(uo)d
officio p(ro)positus hospitum. p(ro)bande sue gratia
devotionis. angelum d(omi)ni. suo suscepisse fert(ur)
hospitio Exiens p(ri)ma mane de interioribus
monasterii edibus ad hospitum cella. invenit ibi
quendam sedentem iuvenem. quem hominem esti-
mans. solito mox humanitatis more suscepit
statim lavandis manibus aquam dedit. pedes
ipse abluit. linthe(o) extersit. fovendos humili-
manibus suis suo in sinu composuit. atque ut ad
horam diei tertiam cibum reficiendus expectaret
rogavit. ne si ieiunus iret. fame pariter et
frigore lassaret(ur) hiberno. Putabat namque
hominem nocturno itinere simul et flatibus
defessum niveis. illo requiescendi gratia di-
luculo divertisse. Negavit ille. et se cito itu-
rum. quia longius esset mansio ad quam properabat
respondit. At cuthb(er)tus diu multumque (con)iurans

tandem adiuratione adducta diutini noctis ad manendum coegit. Statimque expletis hore tercie precibus vescendi tempus aderat apposuit mensam sumendas obtulit escas Et obsecro te inquit frater reficias dum rediens panem calidum affero. spero enim quia cocti sunt. Atrobi rediit. non invenit hospitem quem edentem reliquerat. Explorat vestigia qua iret. sed nulla vestigia invenit Rediens autem quia nix terram texerat quo facilime viantis iter proderet. et quo declinaret monstraret Stupefactus ergo vir dei et secum querens de facto. reposuit mensam in cellarium. quod ingressus continuo obviam habuit miri odoris fragranciam. circumspiciens autem unde esset orta tanta suavitas vidit iuxta positos tres panes calidos insoliti candoris et gratie. paucisque talia secum loquitur Cerno quia angelus dei erat quem suscepi. pascere non pasci veniens. et

Ex panes attulit quales terra continere
nequit sicut nivem(?) et lilia candore . et rosas
odore . et mella precellunt sapore Vnde ~~con~~
constat . quia non de nostra tellure orti . sed de
paradiso voluptatis sunt allati sicut enim
qui epulas in terris respuerit sumere humanas
qui eterno pane reficitur in celis Itaque
vir domini de ostensa miraculi virtute complurium
maiorem ex eo virtutum opibus curam impende-
bat **Gregorius in dyalogo de bonifatio e-**
Gravis enim huius paupertas vexat po
nichilque aliud ad victum suppeditans nisi una
tantummodo vinea habebat Que quodam die ita
grandine irruente vastata est . ut in ea
paucis vitibus vix pauci racemi
remanerent Quam cum vir reverentissimus
bonifacius episcopus fuisset ingressus . mag-
nas omnipotenti deo gratias retulit . quia in ipsa
sua adhuc inopia sese angustiari cognovit
Sed cum iam tempus exigeret . ut ipsi quoque

racemum qui remanserat maturescere
potuissent custodem vineae ex more
posuit. eamque solerti vigilantia servari
praecepit. Quadam vero die iussit constantino
presbitero nepoti suo. ut cuncta vini vascu-
la in episcopio suo. omniaque dolia ita ut
ante consueverat suprafusa pice praepararet.
Quod cum nepos illius presbiter audisset
admiratusque valde est. quod quasi insana prae-
ciperet. ut vini vascula praeparare faceret
qui vinum minime haberet. nec tamen
praesumpsit inquirere cur talia iuberet. sed
iussis obtemperans omnia ex more praeparavit
Tunc vineam ingressus vir dei racemos
collegit. ad calcatorium detulit. omnes ex-
inde exire praecepit. solusque ibi cum parvu-
lo puerulo remansit. quem in eodem cal-
catorio posuit. et calcari ipsos paucis-
simos racemos fecit. Cumque ex ipsis
racemis parum aliquid vini deflueret.

cepit hoc vir dei manibus suis in parvu-
lo vase suscipere et per cuncta omnia vasa que
parata fuerant pro benedictione dividere ut
ex eodem vino omnia vasa vix infusa
videret. Cum ergo ex liquore vini aliquid
parum in vasis omnibus misisset vocato
presbitero protinus iussit pauperes adesse.
Tunc cepit vinum in calcatorio crescere
ita ut omnia vasa pauperum que allata
fuerant impleret. Quibus cum se ydonee
satisfecisse aspiceret ex calcatorio puerum
iussit ascendere apothecam clausit atque
impresso sigillo proprio munitam reliquit
moxque ad ecclesiam rediit. Tercio vero
die predictum Constantium presbiterum vocavit
et oratione facta apothecam aperuit
et vasa in quibus tenuissimum liquorem
infuderat uberrime vina fundencia
invenit ita ut pavimentum omne ex-
crescencia vina maderet si adhuc

[Ca]stardius episcopus intrasset. Et tunc terribiliter
presbitero precepit ne quousque ipse in corpore
viveret hoc miraculum cuilibet indicaret. De eod[em]
Eo tempore quo cum matre sua puer habitabat
egressus hospitium nonnumquam sine linea non-
numquam sine tunica revertebatur. quia mox ut
nudum quempiam repperisset. vestiebat hunc
se expolians. ut se ante dei oculos illius
mercede vestiret. Cui mater sua fre-
quenter increpare consueverat dicens. quia iu-
stum non esset ut ipse inops pauperibus vesti-
menta largiretur. Que die quadam hor-
rea ingressa pene omne triticum quod sibi in sti-
pendium totius anni paraverat. invenit a filio
suo pauperibus expensum. Cumque semetipsam
alapis pugnisque tunderet. quia quasi anni subsi-
dia perdidisset. supervenit bonifacius puer
dei. eamque verbis quibus valuit consolari cepit.
Que cum nil consolationis admitteret. hanc ro-
gavit. ut ab horreo exire debuisset. in quo

ex omni eorum tritico parum quod inuentum est re
mansisse. Puer autem dei sese illuc pro
nus in orationem dedit qui post paululum e
egressus ad horreum matrem suam reduxit et
Quod ita tritico plenum inuentum est sicud pro
plenum antea non fuerat. Cum mater illius to
tius animi suppletum se congregasse gaudebat
Quo viso miraculo compuncta mater ipsa iam
cepit agere ut daret. qui sic feliciter pos
set que pensset ampe

De sancto paulino nolano episcopo

Cum seuiencium wandalorum tempore
fuisset ytalia in campanie partibus depopulata
multique essent de hac terra in affricam regi
one transducti. vir domini paulinus quicquid ad
episcopii usum habere potuit. captiuis indi
gentibus largitus est. Cumque iam nichil superesset
quod petentibus dare potuisset. quadam die
quedam vidua aduenit. que a regis wanda
lorum genero filium suum in captiuitatem fuis
se ductum plangebat. atque a viro dei eius pau

postulauit si forte illius dominus hoc dignaretur accipere. et hunc crederet ad propria remeare. Sed vir dei magnopere petenti inquirens quid dare potuisset. et nichil apud se aliud nisi se inuenit petenti femine respondit. Mulier quod possem dare non habeo. sed memetipsum tolle. me seruum iuris tui esse profitere atque ut filium tuum recipias me vice illius in seruitutem trade. Quod illa ex ore tanti viri audiens irrisionem potius credidit quam compassionem. At ille ut vir erat eloquentissimus atque adprime exterioribus quoque studiis eruditus. dubitanti femine citius persuasit ut audita crederet. et pro redemptione filii se in seruum eum tradere non dubitaret. Perrexere igitur utrique in affricam: procedente autem regis genero qui eius filium habebat. vidua rogaturam se obtulit. ac prius petiit ut ei donare debuisset

Quod vir barbarus tanto superbie tumore
gaudioque transitorie prosperitatis inflatus
non solum non facere sed etiam audire despici
ens. vidua subiunxit dicens Ecce hunc
hominem pro vicario prebeo. et solummodo
pietatem in me exhibe filiumque meum unicum
redde Cumque ille venustum vultu hominem con
spexisset. quam artem nosset inquisivit.
Cui vir domini paulinus respondit dicens Arte
quidem aliquam nescio. sed ortum bene exco
lere scio Quod vir gentilis valde liben
ter accepit. cum in nutriendis oleribus
peritus esset audivit Suscepit itaque ser
vum. et roganti vidue reddidit filium
Quo accepto vidua ab affricana regi
one discessit. Paulinus vero excolendi or
ti suscepit curam Cumque isdem regis ge
ner crebro ingrederetur ortum suum. ortola
numque requireret. sapientemque valde hominem
esse cerneret. amicos cepit familiares deserere

et sepius cum suo ortulano colloqui. atque eius
sermonibus delectari. Cum et paulinus cotidie
ad mensam olera virentesque herbas de
ferre consueverat. et accepto pane ad cu
ram orti remeare. Cumque hoc diutius age
tur. quadam die suo domino secretius loquens
ait. Vide quid agas et wandalorum regnum
qualiter disponi debeat provide. quia rex
citius sub omni celeritate est moriturus. Quod
ille audiens. quia ab eodem rege pre ceteris
diligebatur. eum minime tacuit. et quod a suo
ortulano sapiente scilicet viro agnovisset
indicavit. Quod dum rex audisset. il
lico respondit. Ego vellem hunc de quo loqueris
hominem videre. Cui gener eius. venerabilis
paulinus temporalis dominus respondit dicens. Virentes
herbas mihi ad prandium deferre consuevit.
Has itaque hunc ad mensam cum deportare
faciam. ut quis sit qui mihi hec est locutus
agnoscas. Factumque est. Et ut rex ad prandium

distribuit· paulin⁹ q̄ suo ope quieq̄ et vi
rennia d'clatur⁹ aduenit Cumq̄ hunc rex s
subito inspexisset contremuit Atq̄ accersito
ei⁹ dño q̄ noīe suū p filiā ꝓpinq̄· ei servū
in qd pus abscondeat indicauit Uerū est
quod audisti stam nocte hac in sopno· se
dentes in tribunalib⁹ contra me iudices
vidi· inter quos etiā iste simul sedebat·
et flagellū quod aliqn̄ acceperā eorū in
iudicio tollebat. Sed practaē quisnā sit
stam ego huc tanti meriti virū· ꝑplarem
esse nō suspicor· Tunc regis gener secreto
paulinū tulit Quisnā eēt inquisiuit Cui
vir dei r̃ndit Seruus tuus sum· que pro fi
lio vidue incarū suscepisti Cumq̄ instāter
ille requireret· ut nō quis eēt· sed quid i
sua terra fuisset· indicaret· atq̄ hoc ab eo
reitiratē frequens inquisitionis exigeret· vir
dei· constrictus magnis iurationibus iā nō
ualens negaē qd eēt· epm se fuisse testatꝰ ē

Quod possessor eius audiens valde pertimu-
it atque humiliter obtulit dicens Pete quod vis
quatinus ad terram tuam cum magno munere
revertaris Cui vir domini paulinus ait Unum est
quod michi beneficium impendere potes ut ad
civitatis mee captivos relaxes Cum autem
protinus in affricana regione requisiti cum onu-
stis frumento navibus pro venerandi pau-
lini satisfactione in eius comitatu laxati sunt
Post non multos vero dies wandalorum rex oc-
cubuit et flagellum quod ad suam permissione dispen-
sante deo pro fidelium disciplina acceperat amis-
sit Sic quoque factum est ut omnipotentis dei famulus
paulinus vera predicet et qui se in servum solum
tradiderat cum multis a servicio ad libertatem rediret
illum videlicet imitatus qui formam servi assumpsit
ne nos essemus servi peccati Cuius sequens vestigia
paulinus ad tempus voluntarie servus factus est solus
ut esse possimus liber cum multis

Parentibus suis defunctis nycolaus cogitare
cepit qualiter diviciarum copiam non ad laudem huma-
nam sed ad dei gloriam dispensaret. Tunc quidam
vicinus suus satis nobilis tres filias suas
virgines ob inopiam prostituere cogitur ut sic infamia
earum commercio alatur. Quod ut vir sanctus comperit
scelus abhorruit et massam auri panno invo-
lutam in domum eius per fenestram nocte clam iecit
clamque recessit. Mane surgens homo massam auri
reperit et deo gratias agens primogenite nuptias
celebravit. Non multo post tempore dei famulus simile
peragit opus. Quod ille rursum reperiens et in
laudes dei immensas dei laudes prorumpens
de cetero vigilare proposuit ut sciret quis esset qui
sic sue inopie subvenisset. Post paucos dies
etiam duplicatam auri massam in domum pro-
iecit. Ad cuius sonitum ille excitatur fugientem in-
sequitur talique voce alloquitur. Siste gradum te
aspectui ne subtrahas meo. Sicque accurrens velo-
cius nycolaum hunc esse agnovit moxque humi pro

prostratus osculari voluit pedes eius. Quod ille
refugiens ab eo exegit ne eum quamdiu viveret
publicaret. **De sancta lucia**

De s. lucia

PEr ipsam te mater inquit lucia deprecor
que te sanavit orationibus suis ne mihi de cetero
nomines sponsum sed quicquid mihi daturus eras
pro dote pauperibus elargire. Cui mater. Tege prius
oculos meos et quicquid volueris de facultati-
bus facito. Ad quam lucia. Quod moriens das
ideo das quia ferre tecum non potes. Da igitur
dum vivis et mercedem habebis. Fit igitur
cotidie distractio rerum et datur in necessitati-
bus pauperum. **De sancto thoma apostolo**

De s. thoma apostolo

APostolus thomas et abanes prepositus
gondofori regis indorum ad regem indie
pervenerunt et designato apostolo palatio mira-
bili et copioso accepto thezauro rex in aliam
provinciam proficiscitur. apostolus quoque univer-
sum thezaurum pauperibus elargitur. Per totum
autem biennium quo abfuit rex apostolus

predicationi institit et innumerabilem populum con
vertit Rediens autem rex et que apostolus fe
cerat discens ipsum cum abbane in yma reclau
sit carceris ut postmodum vivos excoriatos vel
tradi faceret flammis Interea frater regis mo
ritur et ei sepulcrum cum abundancia magna preparatur
Quarta autem die qua mortuus fuerat resur
rexit stupefactis omnibus cunctis fugientibus
dixit fratri suo Iste homo quem volebas excoriare et in
terficere disponebas amicus dei est et omnes an
geli ei famulantur qui me in paradisum du
centes quoddam ostenderunt palatium ex auro et
argento et lapidibus preciosis mirabiliter fabri
catum Et cum pulcritudinem eius admirarer dix
erunt michi hoc est palatium quod fratri tuo thomas
extruxerat Cumque dicerem utinam ianitor eius es
sem dixerunt michi Frater tuus illo se fecit
indignum sed si vis in illo manere rogabimus
dominum ut te suscitare dignetur et illud a fratre
tuo possis emere reddes ei pecuniam quam se

eſtimabat perdidiſſe Et hec dicens cucurrit ad
carcerem· apoſtolum fratri ſuo poſtulans indulgentiam· ab
iectis que vinculis rogat ac cepit apoſtolum ut veſtem
reciperet preciosam Cui apoſtolus ignorans quod nil car
nale nil terrenum concupiuit· qui cupiunt in celeſtibus
habere poteſtatem· Egredienti apoſtolo de carcere
rex occurrit ei et aduolutus pedibus eius veni
am poſtulauit Tunc apoſtolus ait· multum preſtitit
vobis deus· ut ſua ſecreta vobis oſtenderet Credi
te in chriſtum et baptizemini· ut regni eterni parti
cipes ſitis Dixit que frater regis Ego palacium
vidi quod fratri meo feciſti· et illud comparare me
rui Cui apoſtolus hoc eſt in poteſtate fratris tui Cui rex
Illud erit meum· et apoſtolus tibi fabricet aliud
Quod ſi forte nequiuerit· tunc et tibi hoc vnum
commune erit Reſpondit apoſtolus Innumerabilia
in celo ſunt palacia ab inicio ſeculi preparata· que fidei pre
cio et elemoſinis comparantur Diuicie autem veſtre
ad illa vos precedere poſſunt· ſequi vero eas non poſſunt

De ſancto ſilueſtro papa

Siluester a matre re et nomine iusta genitus et a cyrino presbitero erudita hospitalitate summopere colebat. Hic omnium orphanorum viduarumque nomina in matricula scripta habebat et omnibus necessaria prouidebat.

De sancto Iohanne episcopo

Iohannes elemosinarius patriarcha alexandrinus quadam nocte in oratione persistens vidit quandam puellam pulcherrimam sibi assistentem et coronam oliuarum in capite baiulantem. Quam ille videns nimium stupefactus que esset inquisiuit. Et illa Ego sum misericordia que filium dei de celo adduxi. me sponsam accipe et bene tibi erit. Intelligens ergo per oliuam misericordiam designari. ab illa die factus est sic misericors ut elymon id est elemosinarius vocaretur. Pauperes autem semper dominos suos appellauit et inde hospitalarii habent. ut pauperes dominos suos vocent. Omnes igitur famulos suos vocauit eisque dixit Euntes per totam ciuitatem conscribite michi usque ad unum omnes dominos meos

Illis v° nō intelligentibꝫ dixit Quos vos egenos et mendicos vocatis. istos ego dn̄os et auxiliatores p̄dico Isti v° nobis v̄e auxiliari et celeste r̄gnū da̅e poterūt Volens hoīes ad elemosinā inuitare narrac̄ ꝯsueuit. q̄ꝫ pauperibus semel se ad sole ca̅le facientibꝫ ceperūt inter se ad inuicem de elemosinatoribꝫ ꝯferre. et bonos lauda̅e et malos vitupera̅e Erat autem quidā thelonari⁹ noīe petr⁹ diues valde et ꝑpotens sed paupibꝫ inmisericors nimis. quia ad domū suam accedentes cū indignacōe in iniua r̄pellabat Cū ergo nullꝰ eorū inuēt⁹ fuisset qui in domo sua elemosinam r̄cepisset vn⁹ illorū dixit Quid voltis michi da̅e si ego hodie ab eo elemosinā accipia̅ Et facientibꝫ cū eo pactū ad domū ei⁹ venit et elemosinam postulauit At ille domū reuertēs. et paupem p̄re foribꝫ videns. cū mancipiū ei⁹ panes siliginis in

domum deferret. ille lapidem non inveniens
panem unum siliginis arripuit et cum furore
inde eum percussit. Quem protinus accipiens paup(er)
ad socios rediit. et quod de manu eius elemosi-
nam accepisset indicavit. Post duos dies
infirmatus usque ad mortem vidit se ante iudicium
stare. et mauros quosdam super stateram eius ma-
la appendere. ex altera autem parte quidam dealba-
ti tristes stabant. eo quod nichil quod apponerent inve-
nire valebant. Tunc unus eorum dixit. Vere
nichil habemus nisi unum panem siliginis quem
ante duos dies christo dedit coactus. Quem cum super
stateram ponerent. equalitas ut sibi videbatur facta
est. Dixeruntque ei. Adauge ad hunc siliginem. ne
aliquem mauri te apprehendent. Evigilans et
ante et liberatus dicebat. Si una siligo quam
per furorem iactavi ita profuit. quanto magis omnia sua
indigentibus elargiri. Quadam ergo die dum op-
timis vestimentis indutus per viam pergeret. quidam
naufragatus ab eo tegumentum aliquod postulabat

ctinue ille preciosō vestimento se expolia
uit et illi dedit Quod ille accipiens stati
vendidit Cum aute thelonari9 rediet et ves
timentu expensum videt contristatus ē val
de adeo q̄ nec vellet cibū assumere dicens
quia nō sum dignus ut mei memoriā haberet
egen9 Et ecce dū dormiret vidit quēdā
sup solem fulgentem et sup caput crucem
ferentem et habentē indutū vestimētū
quod dederat egeno et dicentem sibi Quid
ploras petre Cum eū causam sue tristicie
sibi dixisset Ille ait Cognoscis hoc Cum
ille certā dne Et dns ad eū Ille ego vesti
or eo que michi dedisti et gras ago tue
bone voluntati quia frigore affligebar et
cooperuisti me In se ergo reversus cepit
egenos beatificare ac dicere Vivit dns
non moriar donec fiam ex eis un9
Datis ergo pauperibus omnibus que habebat et ac
cersito notario suo dixit ei Decretum volo

tibi committere· quod si prevaricaveris· aut si me au-
dire non volueris· barbaris te vendam Dans ergo
ei decem libras auri dixit ei Vade in
sanctam civitatem et merces tibi eme et me
alicui christiano vende et pretium pauperibus
tribue Illo autem recusante dixit ei si me
non audieris· ego barbaris te vendam Du-
cens ergo eum ut dixerat· cuidam argentario
vestibus sordidis indutum tamquam servum suum ve-
ndidit· et triginta nummismata inde accipi-
ens pauperibus erogavit Petrus ergo
omnia vilia officia faciebat ita quod ab omnibus
contempnebatur· et ab aliis conservis frequenter
percutiebatur· et tamquam amens appellabatur
Dominus autem frequenter sibi apparebat· et ves-
timenta et nummismata sibi ostendens ipsum
consolabatur Verum imperatore et universis
de amissione tanti viri dolentibus· quidam
vicini eius a constantinopoli ad visitanda
sancta venerunt· et a domino ipsius invitati in

prandentes sibi inuicem in aure dicebant Similis
est puer iste domino petro thelonario et inuicem re-
spicientibus unus dixit Vere dominus petrus est sur-
gam et tenebo eum Quod ille audiens latenter
fugit Erat hostiarius autem surdus et mutus qui
per signum aperiebat Cui petrus ut sibi aperiret
non signis sed verbis imperauit Et ille continuo
audiens et loquelam recipiens sibique respondens
ei aperuit et domum rediens cunctis de eius loquela
mirantibus dixit Ille qui coquinam faciebat
exiit et fugit sed videte ne seruus dei sit Cum
enim michi dixit tibi dico aperi mox ex ore
eius flamma exiit que linguam meam et aures
tetigit et continuo auditum et loquelam recepi Ex-
silientes uniuersi et currentes post ipsum
eum amplius inuenire non potuerunt Tunc omnes de
illa domo penitentiam egerunt eo quod talem virum
sic viliter tractauerunt ¶ Volens homines ad
misericordiam prouocare narrare consueuit de
sancto serapione quod cum amictum suum paupe-

tribuisset et alii obuians qui frigus paciebatur
tunicam similiter tribuisset et euangelium tenens
nudus sedet · interrogauit quidam dicens Abba
quis te expoliauit · ⁵ Et demonstrans euange
lium ait Iste me expoliauit Abbas autem
alium pauperem videns · euangelium ipsum ven
didit et pauperi precium dedit Cumque interro
garet cur euangelium venderet respondit Euan
gelium precepit dicens Vade et vende omnia
que habes et da pauperibus Quia ipsum ergo
habebam et ipsum vendidi ut mandauit
Cum nuda elemosina petenti dari precepis
set quinque nummos ille indignatus quod maiorem
elemosinam sibi non fecisset · cum eo ad contu
melias ipsius prorupit ac in facie conuiciari
cepit · quod eius famuli audientes in eum vehe
menter voluerunt irruere · ac ipsum contumeliter
rede · quod beatus Iohannes omnino prohibuit dicens
Sinite fratres sinite ut michi maledicat
Ecce enim ego habeo lx annos blasphemans

p[ro] opera mea exspm. et vini quantu[m] no[n] p[ro]babo
ab isto. Iussitq[ue] famulu[m] afferri et tota ipso ap-
poni. et inde tolleret quantu[m] vellet. In purifi-
Quedam matrona nobilis catione b[ea]te ma-
in b[ea]ta virgine maxima[m] devotione[m] rie v[ir]g[inis]
habebat et o[mn]ia que h[ab]ere poterat etia[m] vestime[n]ta
p[ro] amore virginis dabat. Unde cu[m] clamidem
dedisset et ad ec[c]l[es]iam ire no[n] posset. ea sine
missa. purificationis die manere oportebat. De
quo cu[m] plurimu[m] doleret ecclesiam p[ro]pria[m] sive ca-
meram intravit. et ante altare virginis se p[ro]-
prostravit. Tu[n]c subito in excessu mentis fa[cta]
videbat[ur] sibi se in quadam ec[c]l[es]ia pulcherrima
et spaciosa collocatam esse. et respiciens vidit
turbam maxima[m] virginu[m] in ec[c]l[es]ia veni-
entem. quas queda[m] virgo pulcherrima diade-
mate coronatu[m] p[re]ibat. Cu[m]q[ue] p[er] ordine[m] o[mn]es [con]se-
dissent. ecce turba alia iuvenu[m]. qui et ipsi
iuxta ordinem [con]sederunt. Et ecce quida[m] in
maximi cereoru[m] fascem deferebat. cereum

primo virgini que cereos attendebat dedit. et
postea aliis virginibus tribuit. deinde ad illam
matronam venit et cereum obtulit quem ipsa libe-
ter accepit. Tunc per chorum respiciens vidit duos
ceroferarios et subdyaconum et dyaconum et
sacerdotem indutos vestibus sacris ad altare
procedentes tamquam missarum solempnia celebrare vo-
lentes. Videbatur autem sibi quod acoliti essent
vincencius et laurencius. dyaconus et subdyaconus
duo angeli. sacerdos vero xpus. Facta autem confes-
sione duo pulcherrimi iuuenes in medium chori
ierunt et officium misse alta voce deuotissime
inceperunt. et ceteri qui in choro prosequuntur
Cum autem ad oblacionem ventum fuisset. ip-
regina virginum et ceteri virgines cum aliis
qui erant in choro cereos suos ut moris est
sacerdoti flexis genibus obtulerunt. Cum autem
sacerdos illam matronam expectaret ut sibi ce-
reum suum offerret. et illa venire nollet. misit
ad eam regina virginum per nuncium quod res

tiuitatem faceret quam sacerdote tamen faceret expectare
Illa autem respondit ut sacerdos in missa procederet
cereum suum sibi non offerret Tunc iterum regi
na aliud nuncium misit cui illa similiter respondit quod
cereum sibi datum nulli penitus daret sed illum ex
deuocione retineret Regina autem virginum
nuncio precepit dicens Vade et iterum roga eam
ut cereum offerat Si autem ipsum de manibus
eius violenter auferas Cumque nuncius missus et
illa rogante audire recusaret dixit se in
mandatis habere ut ipsum ab ea violenter aufer
ret Tunc illa cum magna violencia cereum
cepit et ipsum auferre conabatur illa autem
forcius tenebat et se viriliter defendebat
Cumque longa fieret altricacio et hinc inde
cereus violencius traheretur subito cereus fra
ctus est et medietas in manu nuncii et alia
medietas in manu domine remansit Ad h
hanc igitur vehementem fractionem illa sub
ito ad se rediit et se iuxta altare ubi se po

ſucat ī uemens · ſerēū fractū ī manu ſua reſſecit De quo valde admirās ī meſās grās bte virgini reddidit · q̄ ea ſine miſſa illa die remanē nō p̄miſit ſed tali officio intereſſe fecit Illa autē diligent' ſerium repoſuit et p maximis reliquiis r'ſuauit · ſed et oēs ut dicit' q̄ tangebat' ab eo a q̄uq; detinebāt' īfirmitate p̄tin' liberabantur ·

De beato gregorio papa

Quodam tp̄e p̄cepit btūs gregori' ſatellario ſuo vt duodecī peregrinos ad prādiū invitaret qui p̄cipiens iuſſa q̄pleuit Dū autē ſimul diſcūberēt · intuēs ip̄e xiii numerauit et accerſito ſatellario ſuo cur cont' iuſſione ſuā tredecimū ītare p̄ſūpſerit inquiſiuit Quos ſatellari' numerās et tantū duodecī inveniens ait Crede michi p̄r nō ſunt niſi duodecī Aduertit gregori' virū p̄p̄' diſcūbentē vultū crebro mutantē · nūc adoleſcentē · nūc vō ſibi vetulū venerāda canicie

quadam similitudine quamvis illum in cubi-
culum adduxit vehementer admiratus ut
ei se nomenque suum prodere dignaretur. Cui re-
spondens ait Et cur de nomine meo interro-
gas quod est mirabile? Quia ego sum nau-
fragus ille cui scutellam argenteam tribuisti
quam tibi miserat cum leguminibus mater tua
Et hoc tibi pro certo sit cognitum quia ab
illo instanti quam dedisti destinavit te dominus
ecclesie sue presulem et petri apostoli successo-
rem Et gregorius Et tu unde hoc nosti quod
tunc dominus me preesse ecclesie sue destinavit
Et ille quia angelus eius sum et me tibi
dominus nunc remisit ut te semper debeam protegere
et omne quod petieris per me apud ipsum valebis
impetrare. statimque ab eo disparuit Tante
liberalitatis et elemosinarum largitor extitit
ut non solum presentibus sed etiam longe positis in monte Sy-
nay monachis necessaria ministraret. nam omnium indi-
gentium nomina scripta habebat et eis liberaliter subveniebat

monastiū iherusolimis instituit · et dei famulis illic degentibus necessaria mittere procurauit Tribus quoque milibus ancillis dei pro coti dianis stipendiis lxxx libras auri annuatim offerebat · cotidie etiam ad mensam suam peregrinos quoslibet inuitabat

De sancto eligio

Eligius in tantum pauperes diligebat episcopus quod quicquid poterat usque ad nuditatem suam eis erogabat · ut si quis sanctum eligium quereret ad domum vallatam pauperibus mitteretur

De sancto laurentio

Beatus laurentius xpianos die ac nocte diligenter inquisiuit · et unicuique prout opus fuerat ministrauit Venit ad domum cuiusdam vidue que multos xpianos in domo sua abscondebat · quam longus capitis dolor detinebat · sanctus laurentius per manus impositionem eam a dolore capitis liberauit · et pauperum pedes lauans omnibus elemosinam dedit In triduo laurentius pauperes claudos cecos que collegit · et eos in palatio salustiano coram decio presentauit dicens Ecce isti

sunt thezauri etenim qui numquam minuuntur sed crescunt. qui in singulis dispergiuntur et in omnibus inveniuntur. Horum enim manus thezauros in celum deposuerunt.

De sancto augustino episcopo

Pauperum semper memor augustinus erat eis quod ex hiis que habere poterat libenter exhibebat. Ita ut de vasis dominicis propter pauperes et captivos aliquando videbatur frangi et conflari et indigentibus dispensari. Domum vel agrum seu villam numquam emere voluit. Multas etiam hereditates sibi dimissas respuit. eo quod illorum filius vel propinquus potius ipsas deberi de rebat

De sancto lupo episcopo

Lupus cum omnia bona sua fere pauperibus erogasset. sed et quadam die plurimos ad convivium invitasset. cum vinum ad medium non haberet sic respondit ministro. Credo quod deus qui volatilia pascit. nostram perficiet caritatem. Et statim affuit nuncius qui centum vini modios ad ecclesie pre foribus nunciavit

Beatus Ieronimus

In monasterio hospitalitati ex corde intendimus et
omnes ad nos venientes preter hereticos leta fronte
suscipimus ac venientium pedes abluimus De
quodam tempore hiemali per portam ambianensem sancto
sanctus martinus transiens pauperem Martino e
quendam nudum obvium habuit Cum pro
eum a nullo elemosinam accepisset martinus hunc
sibi reservatum intelligens arrepto ense
clamidem que sibi tantum supererat dividit et partem
pauperi tribuens reliqua rursus induitur
Sequenti igitur nocte christum clamidis sue qua
pauperem texerat parte vestitum vidit ipsumque
ad circumstantes angelos sic loquentem audivit
Martinus adhuc cathecuminus hac veste
me contexit Martinum in quadam festivitate
ad ecclesiam tendentem pauper quidam nudus secu
tus est Martinus autem archidiacono precepit
ut egentem vestiret Sed cum ille facere dis
tulisset ingressus martinus secretarium tunicam
suam illi tribuit et cunctos abire iussit Cum

Cu ergo archidyaconus eu moneret vt ad so
lemnia pagenda procederet · respondit dicens
se me no posse · donec paup veste ampliat
Archidyaconus vo no itelligens · quia cu exteri
us cappa tectus esset · ipm nudu intrius no vide
bat · pauperem no adee dixit Et ille apportetur
inquit vestis deferatur · et paup no abeat ves
tiendus Compulsus ille ad foru vadit · et qinq
argenteis tunicam vilem et curta que dicitur
penula quasi pene nulla rapiens cu pedes
martini iratus piecit · qua ille secrete induit
cuius manice usque ad cubitu et longitudo usque
ad genua ptendebatur · et sic missa celebraturus
accedit Du aute missam celebraret · igneus
globus sup caput eius apparuit · et a multis
ibidem visus fuit Ob hoc pat aplis dicitur
Cu manus in missa vt moris e ad deum
leuaret · tunicis lineis retrolabentibus cu n
nec brachia essent grossa nec multu car
nosa · nec pfata tunica ptenderetur nisi usque
ad cubitu remanserunt eadem brachia nuda

Tunc maculosi torques auree et gemmate
deferuntur ab angelis. et brachia deaurata
operuerunt

De sancto Liunno confessore

Liunnus omnia que habere potuit hilaris pau-
peribus distribuit. Ipse scriptor peritus erat
et huic operi sollicitus sedule invigilabat. studens
precipue ut acquireret unde pauperes recrearet

De sancta elizabeth de turingia

Tanta liberalitate elizabeth
se ad pauperes effundebat ut
nullam aliquam penitus inopiam paterentur
sed adeo liberalissime subveniebat ut eo eam
matrem pauperum acclamaret. Septem enim
misericordie operibus tanta vigilantia insudabat
ut regnum perpetuum remuneratione pauperis et perennam
benedictionem cum benedictis ad dexteram possideret
Ipsa namque nudos vestiebat. et impendebat
vestimenta pauperibus nudis. et peregrinorum
et pauperum corporibus sepeliendis et pueris
baptizandis. et quosdam pueros sepe de sacro
fonte levabat. et propriis manibus eorum vesti
menta suebat. Accidit autem ut nudam pauperculam

quodda satis bonu vestimetu tribuet. illa
autem videns tam magnificu tam ingens gau
dio e pfusa. vt ad tra cadens mortua crede
tur. Quod bta elizabet videns doluit se tata
dedisse. timens ne sibi fieret mortis causa. Et
tu pro ea rogabat. et illa sana surrexit.
Sepe ipa cu ancillis ppriis manibus lanam
filabat et inde vestimenta fieri faciebat. vt
ex hoc bonoru laboru reciperet fructu. et ex
emplu vere humilitatis pberet. et de ppriis cor
poris laboribus elemosinam deo daret. Ipa
esurientes pascebat. Pauperibus enim adeo ali
menta pbebat. vt langrauio viro suo p
fecto ad curiam frederici imperatoris. qui te
cat cremone. ipa decem annona de suis gndys
collegit et quarecunque videntz pauperibus co
tidie eis necessaria ministrabat. eo q tunc ca
ristia et fames valida invalescebat. Sepe enim
cu eī pecunia deficeret. sua ornamenta vende
bat vt pauperibus subueniret. Multa enim
sibi et suis ancillis qsuevit subtrahe et paupib

reservare. Ipsa sicientes potavit. Grandia at
vice cum servisiam pauperibus distribueret unicuique
sufficienter dedisset inventum est quod vas nulla ha-
buit diminucione sed eandem quam prius me-
suram servavit. Ipsa in hospicio peregrinos et
pauperes suscipiebat. Domum enim maximam sub
altissimo castro suo construxit in qua infirmorum
magnam multitudinem refovebat quos diebus
singulis non obstante difficultate ascensus vel des-
census visitans eis omnia necessaria impendebat
et verbis exhortatoriis ad pacienciam inducebat.
Et licet olim corrupcionem aeris semper extre por-
tavit infirmorum tamen corrupciones propter
amorem dei etiam tempore estivo non abhorruit
sed remedia adhibuit et velo proprii capitis ter-
sit et manibus propriis contractavit licet ancille
talia facere non tolerarent. In eadem quoque domo pue-
rulos pauperum feminarum nutriri summa diligencia
sustentari faciebat quibus se totam dulcem et humilem
exhibebat ut eam omnes matrem vocarent et intrantem
domum cuncti tamquam matrem filii sequerentur et ante se caterva-

natum summo cum studio collocaret. Ipsa vero
aniculas et anulos vitreos et quedam alia
sibi detulit ut puerorum ludos pueriles in talibus
exercerent. que dum in pallio proprio equitans in
castrum deferret. de rupe altissima super lapi
des ceciderunt sed nulla in eis lesio inventa
est. Ipsa infirmos visitabat. Misericordie enim com
passio adeo animum eius vendicabat quod eorum
hospitia diligenter perquirens eos sollicite visi
tabat. et eorum camerulas de die et de nocte
intrans nec difficultate vie nec longitudine
lacessita. quibus et subveniebat in necessariis
et verba exhibebat consolationis. Propter quod
ex quintuplici consideratione remunerationem
accipiet scilicet ex dignatione visitationis. ex
labore itineris. ex affectu compassionis. ex effectu
consolationis. ex largitione muneris. Ipsa se
pulturas pauperum frequentabat. corpore nam
que devota ad pauperum funera currebat et
vestes quas propriis manibus fecerat eorum cor
poribus aptabat. adeo ut semel velum suum

lineum magnum in partes conscinderet et unusquisque pau-
peris corpus involueret feretrum et funera
propriis manibus contractabat et in ipsorum ex-
equiis deuotus manebat. Ex vitas prim
Venimus ad ciuitatem quandam p°. de oxirinco
thebaydis nomine oxirincum in qua tanta religionis
deprehendimus bona ut ea nemo digne suf-
ficiat enarrare. ubi ipsi magistratus et princi-
pales ciuitatis et reliqui cives studiose per
singulas statuunt ut sicubi apparuerit peregrinus
aut pauper certatim ad eum qui preoccupauerit
adductus que sunt necessaria consequatur. De
hiis que erga nos ab ipsis fratribus gesta sunt
videntibus nos transire per ciuitatem et velut
angelis occurrentibus atque honorem deferen-
tibus quomodo enarrare. Honorem quem exhi-
bebant nobis exponere nec sufficit sermo
nec verecundia permittit. quod pallia nostra
scinderentur. unoquoque nos sibi rapiente
et ad se ducere cupiente. De sancto serapione
Vidimus et alium quendam presbiterum nomine sera-

presbiterum in regione arsenoite multorum monas-
teriorum patrem. sub cuius cura plurima monasteria
et diversa habebantur monachorum qui decem mi-
lia qui omnes ex laboribus suis quos per
messis tempore mercede manuum conquirebant
partem plurimam ad supradictum patrem conferentes
in usus pauperum destinabant. Hic autem
moris erat non solum ipsis sed et omnibus pene
egiptiis monachis. ut messis tempore locarent ad me-
tendum opera sua. atque ex eadem mercede octoge-
nos quisque modios frumenti plus minus vel conqui-
rat et horum partem plurimam pauperum usibus of-
ferat unde non solum regionis ipsius indigentes
alantur. sed et alexandriam naves frumento
onuste diriguntur vel in carcere conclusis vel reli-
quis peregrinis pro rogatione. Neque enim intra e-
giptum sufficiunt pauperes qui possint misericor-
die eius fructus et largitatis assumere. De ni-
Venimus et ad nitrie famosissimum trie mo-
in omnibus egipti monasteriis locum nasteriis
Huic ergo cum appropinquaremus loco ubi pere-

ut nos fratres senserunt · continuo velud examen
apum singuli quique ex suis cellulis proruunt · atque
in obviam nobis leto cursu et festina alacritate
contendunt · portantes secum quam plurimi eorum vasa
aque et panes secundum quod propheta corripiens quos-
dam dicit · quia non existis filiis israel in obviam
cum pane et aqua. Tunc deinde susceptos nos ad-
ducunt primo cum psalmis ad ecclesiam · pedes lavant
ac singuli quique cum linteis quibus utebantur abster-
gunt quasi vie laborem levantes · re autem vera
vite humane erumpnas mistice abluentes. Quid
ergo memorem de humanitate eorum · quid de officiis quid de
caritate loquar · cum omnes gestirent nos ad suam un-
usquisque introducere cellulam · et non eam solum que hospi-
talitatis debentur explerent · sed insuper de humilitate que
in ipsis pollebat docere · et de mansuetudine atque a-
liis huiusmodi bonis que apud ipsos exercentur.
Nusquam sic vidimus florere caritatem · nusquam sic vi-
dimus opus fervere misericordie et studium hos-
pitalitatis impleri. **Ieronimus de sancta paula**

Nichil anime beatissime paule clementius · nichil

erga humiles blandius fuit. Si pauperem viderat
sustentabat. Si divitem ad benefaciendum cohortabatur.
Liberalitas sola excedebat modum. Et usuras et
tributum. usuram quoque saepius faenebat. ut nul-
li stipem rogantium denegaret. Fateor errorem
meum. Cum enim in largiendo esset profusior argu-
ebam. illud proferens de apostolo. Non ut aliis re-
frigerium. vobis autem tribulatio. sed ex aequalitate
in hoc tempore. ut vestra abundantia sit ad illorum
inopiam. et illorum abundantia sit ad vestram inopiam.
Et de evangelio salvatoris. Qui habet duas tu-
nicas. det alteram non habenti. Et providendum
esse. ne quod libenter faceret. semper facere non posset.
Multaque huiuscemodi. Quae illa mira verecundia.
et sermone parcissimo dissolvebat. Ergo dissere-
bat. si petero. multos inveniam qui michi
tribuat. Iste mendicus si a me non accepit quae
ei possim dare etiam de alieno tribuere et mor-
tuus fuerit. a quo anima eius requiretur. Ego cauti-
orem in re familiari esse volebam. sed illa ardentiori
